

7. Impingit igitur scriptor hic Pontificius, Philippo Melanchtoni beatæ memoriæ, ob hanc susceptam variationem, errorem Albanensium, Anabaptistarum & horum complicum Sacramentariorum: Quod quo jure, quavè injuria fiat: jam non disputamus.

8. Germanicum Exemplar cum Latino videtur nonnihil discrepare, sed in verbis duntaxat, salvâ utrinque manente rei veritate. Quare non habent Pontificij, ut ex hac qualicumque discrepantia, Ecclesias nostras dissonantiæ in doctrina insimulent.

9. Constat autem hic quoque Articulus partibus suis Essentialibus. Θεσει nimirum & αντιθεσει: Homologetico magis, quam didactico stylo pertractatis.

PARSI. ARTICULI

ΘΕΤΙΚΗ.

10. Absolvitur Θεσι certarum, & quidem ad sacramenti hujus substantiam & qualitatem explicandam, maximè necessariarum questionum diexodo: Quales sunt: 1. An unus vel plures sint baptismi. 2. Quæ ejusdem necessitas. 3. Quod objectum. 4. quæ efficacia, sive usus & fructus. 5. Ad quos idem fructus se extendat.

H h

QV AE-